

# ANALECTES

POUR SERVIR A

## L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE


PUBLIÉS PAR

Edm. REUSENS, prof. à la fac. de théol. et biblioth. de l'Univ. cath. de Louvain

et J. BARBIER, curé à Liernu (Namur)

—

TOME XVI — 1879



LOUVAIN  
CH. PETERS  
Rue de Namur, 22

BRUXELLES  
H. GOEMAERE  
Rue de la Montagne, 52

DOCUMENTS CONCERNANT LA CHARTREUSE DITE DU MONT-  
SAINT-JEAN-BAPTISTE, A ZEELHEM, PRÈS DE DIEST.

Miraeus, ou plutôt son continuateur Foppens, a publié dans les *Opera diplomatica*, III, pp. 157 et 453, deux documents relatifs à la fondation de la chartreuse de Zeelhem. Le plus ancien de ces deux actes est une délégation donnée, le 11 décembre 1328, par le prieur général de l'ordre aux prieurs des chartreuses de La Chapelle, à Hérinnes, et de Sainte-Catherine, à Anvers, pour présider à la fondation du nouveau monastère de Zeelhem ; le second, du 1 février 1329, est la charte par laquelle Gérard, seigneur de Diest, et son épouse Jeanne de Flandre, en établissent la première dotation.

Nous devons la copie des documents nouveaux, que nous publions ci-dessous, à l'obligeance de M. Van den Castele, conservateur adjoint des Archives de l'État, à Liège.

Voyez, sur la chartreuse de Zeelhem, RAISSIUS, *Origines Cartusiarum BelgI*, p. 49.

I.

*Jean, investit ou curé de Zeelhem, donne son consentement à l'érection d'une chartreuse dans sa paroisse.*

1 février 1329 (nouveau style).

In nomine Domini, amen. Per hoc praesens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod, anno ejusdem Domini 1328, indictione 12, mensis februarii die prima, hora

vesperarum, constituti propter hoc personaliter in praesentia mei notarii publici et testium subscriptorum, religiosi viri fratres Joannes, prior beatae Mariae de Capella juxta Hernes, Henricus, prior beatae Catharinae juxta Antverpium, diocesis Cameracensis, nomine claustrum faciendi seu aedificandi in parochia de Zeelhem, Leodiensis diocesis, et terra nobilis viri domini Gerardi, domini de Diest, et pro dicto claustrum, ex una parte, et dominus Johannes, investitus ecclesiae de Zeelhem, diocesis praedictae Leodiensis, nomine suo et dictae suae ecclesiae, ex altera ; praefatus investitus dedit libere et concessit fratribus praedictis et fratribus claustrum praedicti plenam et liberam potestatem in dicta sua parochia de Zeelhem, in loco ipsis religiosus a nobili vero domino Gerardo, domino de Diest, et domina nobili domina Joanna de Flandria deputato et pure propter Deum collato, aedificandi et construendi claustrum unum cum ecclesia, et faciendi omnia et singula, quae ipsis ad opus dicti claustrum visa fuerint oportuna, salvo tamen semper jure ecclesiae suae praedictae, promittens idem investitus in manu mei notarii stipulantis nomine et ad opus ipsorum fratrum et claustrum, fide interposita corporali, quod contra praemissa vel eorum aliqua per se, alium vel alios, non veniet in futurum.

Acta sunt haec in castro Diestensi, anno, indictione, mense, die et hora praedictis, praesentibus ibidem nobili viro domino Gerardo, domino de Diest et castellano Antverpiensi, Oliverio de Binckem, Henrico Van den Ongelege, armigeris ; Nicolas Van der Werden, Joanne et Arnoldo, villicis de Beringen, et aliis pluribus personis Leodiensis diocesis, ad praemissa vocatis et specialiter rogatis.

Et ego Joannes, investitus ecclesiae de Zeelhem praedictae, ut huic praesenti instrumento fides plena adhibeatur perpetuo, sigillum meum praesenti instrumento duxi apponendum. Actum anno, die, ut supra.

Et ego Joannes Henrici, quondam dictus de Diest, Leodiensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, prae-

missis interfui cum testibus supradictis, hoc publicum instrumentum inde confeci, propria manu scripsi, signo quoque meo solito signavi rogatus. Utor more Leodiensi scribendo dictari, quo his intereram in vigilia Paschae post cerei benedictionem<sup>1</sup>.

II.

*Adolphe de la Marck, évêque de Liège, approuve la fondation de la chartreuse de Zeelhem.*

17 juin 1329.

ADULPHUS, Dei gratia episcopus Leodiensis, religiosis viris priori et conventui sancti Joannis Baptistae, prope Diest, in parochia de Zeelhem, ordinis Carthusiensis, nostrae diocesis, salutem in Domino sempiternam. Fulgor sanctitatis vestrae religionis, quae in Dei ecclesia mirae pulchritudinis tamquam sidus matutinum longe lateque diffudit rutilos suos radios, promeretur, ut vos tamquam bene meritos dignis favoribus et gratiis prosequamur. Eapropter, in Christo filii carissimi, vobis

<sup>1</sup>) Le style dit de Liège, qui place le commencement de l'année à la Ncël, ne fut introduit d'une manière générale dans l'évêché de Liège que vers l'année 1333; voyez WAUTERS, *Table chronologique des chartes*, I, p. LX. Auparavant on commençait l'année au samedi saint, après la bénédiction du cierge pascal, comme cela se pratiqua bien longtemps après dans le diocèse de Cambrai et presque partout en France; c'est pour cette raison que cette dernière manière de commencer l'année est souvent désignée dans les documents sous le nom de *style de Cambrai* ou *style gallican*. Dans la phrase que nous avons ici sous les yeux il y a évidemment une erreur de transcription. Le rédacteur du document y veut sans doute exprimer qu'il suit encore, en 1329, le style usité anciennement dans le diocèse de Liège, et qui commençait l'année après la bénédiction du cierge pascal. Ce style, qui fut définitivement abandonné en 1333, était encore en usage en 1329 (date du présent document) et employé en même temps que le style de Liège proprement dit.

et successoribus vestris concedimus, quod in loco, in quo modo habitationem vestram construere incepistis, perpetuis temporibus maneatis, et inibi valeatis, cum omnibus juribus et rebus vobis collatis et concessis a Christi fidelibus, juxta statuta et consuetudines vestri ordinis, Domino famulari, habere ecclesiam, campanam, cymiterium, et Christi fideles, qui ad ipsum suam sepulturam elegerint, recipere, salvo jure parochialis ecclesiae, et in oratorio vestro ibidem nocturnum officium pariter et divinum cum ea solemnitate, qua poteritis, juxta statuta vestri ordinis celebrare.

Datum in Hoyo anno Domini 1329, sabbatho post festum Pentecostes.

III.

*Herman de Lobbes, évêque suffragant de Liège, consacre le cimetière ou préau du cloître de la chartreuse de Zeelhem.*

24 juin 1329.

HERMANNUS, Dei gratia Evenensis episcopus, vices gerens in pontificalibus reverendissimi in Christo patris ac domini domini Adulphi, eadem gratia Leodiensis episcopi, universis, ad quos praesentes litterae pervenerint, salutem in Domino sinceram et charitatem. Noveritis, quod nos, anno Domini 1329, in die beati Joannis Baptistae, consecravimus cimiterium seu atrium loci domus et conventus fratrum ordinis Carthusiensis, siti in parochia de Zeelhem, juxta Diest, conferentes et concedentes omnibus vere poenitentibus, qui in missis in dicto loco intererunt aut interfuerint, totiens quotiens, xxx dies; qui vero fratribus dictis manus porrexerint de bonis sibi a Deo collatis adjutrices, totiens quotiens, xl dies de poenitentibus sibi injunctis indulgentiarum misericorditer in Domino relaxamus.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus litteris duximus apponi.

Datum anno et die praedictis.

IV.

*Louis, comte de Looz et de Chiny, approuve la donation faite à la chartreuse de Zeelhem par Gérard, seigneur de Diest, et son épouse Jeanne de Flandre.*

6 décembre 1335.

Nos LUDOVICUS, comes de Los et de Chyney, notum facimus universis ac singulis praesentes litteras inspecturis, quod nos cessionem seu donationem in puram eleemosynam propter Deum, per nobilem dominum dominum Gerardum, dominum de Diest, quondam et castellanum Antwerpensem, ac dominam Joannem de Flandria, ejus conjugem, religiosi viri fratribus Carthusiensibus ad fundandum et construendum claustrum unum cum ecclesia in parochia de Zeelhem, Leodiensis diocesis, in honorem sancti Johannis Baptistae, videlicet quadraginta modios siliginis, mensurae Diestensis, bonae et pagabilis ..... laudamus et ratificamus ..... In quorum omnium testimonium et confirmationem praemissorum has praesentes litteras sigilli nostri magni appensione fecimus roborari.

Datum anno a Nativitate Domini 1335, mensis decembris die sexta.

V.

*Jean de Heinsberg, prince-évêque de Liège, confirme les Chartres de Zeelhem dans la possession des biens que Gérard, seigneur de Diest, et son épouse Jeanne de Flandre leur avaient assignés, à Herck-la-Ville, dans l'acte de fondation de leur monastère.*

2 mai 1445.

JOANNES, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Leo-

diensis, dux de Bullone et comes Lossensis, fidelibus dilectis nostris receptoribus nostri comitatus Lossensis tam praesentibus quam futuris salutem. Cum pro parte religiosorum nobis in Christo dilectorum prioris et conventus domus nostrae sancti Joannis Baptistae in Zeelhem, prope Diest, ordinis Carthusiensis, nostrae diocesis, nobis fuerit evidenter expositum, quod, licet haereditario jure praefati prior et conventus ex fundatione domus nostrae praedictae habeant et habere debeant annuatim xxx libras Turonensium, grosso antiquo regis Franciae pro xvi denariis computato, nec non xxx modios siliginis legitimi et pagabilis pactus, ad et supra bona, redditus et molendinum nostrum in Wuest-Hercke, prout in litteris ejusdem fundationis eisdem priori et conventui concessis per dominum Gerardum, dominum de Diest, et dominam Johannam, dominam de Flandria, uti fundatorem et fundatricem ejusdem, sub eorum sigillis et per modum instrumenti datum 12 februarii 1328<sup>1</sup>, quam ex virtute ceterarum aliarum litterarum per dominum Ludovicum, comitem Lossensem et Chyney, ab ante dominae Mariae de Diest, suae sororis, sub data diei sancti Vincentii 1335; quas quidem litteras fundationis idem dominus Ludovicus per suas alias litteras, datas 6 decembris 1335, confirmavit, ratificavit et approbavit, vidimus plenius contineri. Quare de iisdem redditibus plenarie et absque calumpnia merito gaudere debent ..... Quapropter nos Joannes, episcopus Leodiensis, supradictis consequentes vestigia praedecessorum nostrorum praefatorum ..... eorum petitionibus inclinati, nostram interpretationem et declarationem pronuntiamus et per praesentes pronuntiamus per modum, qui sequitur.....

Datum anno a Nativitate Domini 1445, dominica, qua in Ecclesia Dei cantatur *Vocem*.

<sup>1</sup>) Voyez cet acte dans MIRAEUS, § *Opera diplomatica*, III, p. 157. Il est du 1 février 1329 (nouveau style) et non pas du 12 février, comme il est dit ici.

VI.

*Inventaire de quelques documents renfermés dans le cartulaire de la chartreuse de Zeelhem.*

*Index litterarum, quae in cartario domus sancti Joannis Baptistae, ordinis Cartusienensis, in Zeelhem, inveniuntur.*

1335. Ludovicus, comes Lossensis, approbat donationem factam per dominum Gerardum, dominum de Diest; pag. 8.
1445. Joannes, episcopus Leodiensis, ad petitionem prioris et conventus de Zeelhem, possessiones, etc., confirmat et interpretatur; pag. 3.
1358. Littera qualiter Wernerus de Merode, dominus de Ringberge, acquisivit erga Libertum de Niele lx florenos census ad bona de Winge, et ad alia quaedam bona; fol. 5.
1392. Haec bona Chrystianus de Ringberge vendidit Nicolao Van der Meere; fol. 5.
1409. Littera qualiter Thomas, dominus de Diest, praefatos lx florenos fecit bona censualia, et qualiter in bonis de Winghe et aliis antedictis inhaereditatus sit ad opus monasterii nostri Godefridus Van der Smissen; fol. 6.
1423. Joannes, filius domini de Diest, praecedentem approbat litteram; pag. 7.
1403. Episcopus Leodiensis approbat permutationem bonorum aliquorum cum infirmaria de Diest; pag. 11.
1437. Littera domicelli et domicellae de Diest, quod nobis solis licet piscari in omnibus fossatis nostris; item in omnibus aquaeductibus sitis in Zeelhems-Broeck et in 't Goirbroeck, exclusis omnibus ministris et subjectis eorumdem; pag. 11.
- Hanc litteram confirmat episcopus Leodiensis; pag. 11.

1442. Littera domini Henrici de Diest, militis, quod sui haeredes nihil juris habebunt post mortem suam ad domum per ipsum in monasterio aedificatam; pag. 12. Incipit: *Want ik Henrick van Diest, ridder, heere van Rivieren*, etc.
1330. Instrumentum, quo dominus Eustachius de Loobosch dedit tria jurnalia terrae; pag. 20.
1448. Testamentum Lamberti Bellens cum confirmatione domicellae de Diest; pag. 34.
1451. Littera de nemore nostro juxta Heze, empto erga Aegidium, (filium) domini Joannis van Diest; pag. 36.
1352. Littera quomodo dominus de Rummen ex parte domini Leodiensis contulit Hermanno Burgers licentiam ponendi slusam; pag. 40.
1412. Littera confirmationis de aquaeductu in Heusden et aliis privilegiis; pag. 42.
1420. Littera domini terrae de Heusden de libero aquaeductu, pag. 43.
1426. Littera confirmationis Henrici Bastonia omnium litterarum a domino Engelberto de Marcha, avunculo suo, concessarum de vivariis; pag. 44.
1464. Littera declarationis quorundam dubiorum per domicellum Joannem de Elter, dominum de Vogelsanck; pag. 44.
- Littera qualiter dominus Guilielmus et Arnoldus de Steyvordia acquisierunt et receperunt bona de Cortesem; pag. 54.
- Instrumentum quitantiale et permissivum, in quo dominus de Corpale quitat praefatos dominos Guilielmum et Arnoldum; pag. 54.
- Instrumentum divisionis haereditatum inter dominos de Grobbendonck et de Vorendael post obitum domini Arnoldi de Steyvordia; pag. 54.
1426. Littera, in qua dominus de Horne dedit licentiam do-

- minae de Grobbendonck faciendi testamentum suum de bonis suis in Cortesem; pag. 55.
1430. Littera Martini et Theodorici Lyck, quod numquam facient contra testamentum dominae de Grobbendonck; pag. 55.
1431. Quitantia dominae de Vorendael de xi florenis, quos domina de Grobbendonck eidem legitime assignaverat; pag. 55.
1432. Quitantia Ernitrudis de Lyck de xvi grossis antiquis, quos soror illius, domina de Vorendael, habuisse debuit, sed non habuit; pag. 56.
1434. Littera de licentia episcopi Leodiensis, qualiter domina de Grobbendonck potuerit testari et disponere; pag. 56.
1434. Testamentum dominae de Grobbendonck, quo reliquit bona feudalia in Cortesem; pag. 57.
1434. Littera qua in parte bonorum de Cortesem inhaereditati sumus coram villico et mansionariis dictis *laten* in curia Joannis de Horne, naturalis filii de Horne; pag. 57.
1434. Aliae litterae inhaereditationis coram scabinis ejusdem villae; item coram villico dominorum Teutonicorum de Biessen; item in Wintershoven; pag. 58.
1457. Privilegium Caroli ....., quo ubique debemus inhaereditari in bonis acquirendis; pag. 78.
1359. Confirmatio Wenceslai et Johannaë, ducis et ducissae Brabantiae; pag. 78.
1452. Privilegium Clementis papae V, quo possumus succedere parentibus in bonis; pag. 78.
1358. Privilegium Johannaë, ducissae Brabantiae, de theloniis; pag. 80.
1416. Privilegium Sigismundi, imperatoris, confirmantis omnia privilegia; qui etiam eximit et liberat nos et bona nostra a praestatione regalium; pag. 80.

1412. Privilegium<sup>3</sup> ducis Brabantiae Antonii de mortificatione bonorum de Zelck, in quo et alia privilegia continentur; pag. 81.
1416. Confirmatio episcopi Leodiensis omnium in praefato ducis Antonii privilegio contentorum, pag. 83.
1419. Confirmatio ducis Johannis de Brabantia omnium contentorum in privilegio ducis Antonii, quondam patris sui; pag. 83.
1431. Confirmatio Philippi, ducis Burgundiae et Brabantiae; pag. 83.
- 
- Littera qualiter Gerardus de Lair vendiderit domistadium in Zelck.
1399. Littera qualiter Arnoldus de Hesselair et Gerardus de Zelcke sponponderunt pro Laureta, sorore ipsorum.
- Littera ducis Antonii, gubernatoris.
- Littera de Constino van Ranst, qui a ducibus Brabantiae habuit bona de Zelck cum sorore sua naturali.
- Henricus van Ranst vendidit medietatem domini de Zelck.
- Diversae litterae qualiter Arnoldus de Zelck resignavit juri suo, etc.